

ri, & dos non succedit loco legitime, quia cum femina sit excula a tota successione, pretendere non potest legitimam, quia est illius pars, idemque dos adiecta a patre potest stare dictum tamquam quid extrinsecum, ac remotum a successione; aut incipit a donatione, ita ut deinde sequatur exclusio a successione, & tunc succedit loco legitime, quia ipsa dos videatur causa proxima, & intrinseca exclusione, ut post antiquiores ita d. distinctionem concipit Merlin. d.c. 8. n. 9. & sequitur Rota apud eundem d. dec. 133. in principio, & dec. 197. n. 2.

Iste tamen distinguendus modus deducetur ex ordine sermonis non videtur omnino tatus, tunc quia regulariter fallacia, & debilita esse solent argumenta deducta ex ordine per prius, & posterius, seu ex verborum formulis, rurum etiam quia de facto fallacia convincit ex quibusdam statutis, vel iuribus municipalibus hunc ordinem tenentibus, quia prius excludunt, & deinde mandant dotari, & tamen receptum est donec succedere loco legitime, ex cumulato, per Boff. d.c. 7. num. 50. & praesertim si statutum nullib[us] haber respectum matrimonii, neque de illo aliquam mentionem facit, unde refutat argumentum, quod habuit dotti debitum tamquam purum, ac loco legitime subrogatum; altera quia non videtur pueras de alimentis pro tempore, quo essent innuptae, quod etiam est argumentum, ut disputatur aetate statutum praecepit, ex iis de quibus per Boff. d. cap. 7. num. 74. Tertia, quia mandatae coniugii dotari inspecka qualitate perfectorum, patrimonii, & confitunduntis, quod parter est magnum argumentum in identitatem; Quarta satis fortis, quod mandatoe dotae esse dote contentas, ut patet ex collect. per Boff. d. cap. 7. num. 81. neque quicquam petere etiam ratione legitime, vel eius supplementum, ubi enim statutum de legitima mentione facit, regula est feminas censorias, pluribus hinc inde deducit Boff. d. cap. 7. num. 75. ad 74. atque de hac, & aliis precedentibus conjecturis habetur in Tyburtina hereditatis coram Veropio impress. d. dec. 197. post Merlin. de legi, ubi ceteri curulantur; Idem adeo verum, ut in aliquorum sensu, etiam in eis, quo femina per statutum extranea reputatur, per hujusmodi mentem a testatore factam censeatur suita restituenda, quod tamen nihil non placet, ut plures actum habetur, subtilis de legitime, & derivatione praesertim in Romana legitime de Vitali.

Quinta era conjectura, quia statutum provideret super successione ipsarum feminarum, ut ceteris allegatis in specie huius statuti Eugubini advertit Androcl. contrav. 81. num. 5. & 9.

Sexta potentissima, quia nisi femina datur, statutum mandat eam admitti ad successione pro virili, ergo dicebamus esse in casu claro potius quam in conjecturali, ut statutum sit causa proxima, & immunita exclusionis, ut in terminis confutendis Neapolis idem disponens, Capyc. Latr. dict. consilat. 93. numer. 13. cum seq.

Et septima de nimis, quia statutum non est simpliciter exclusivum, sed solidum, nisi alias idem statutum disponat, ipsa femina reintegratur, ut plene habeatur deducit. coram Buratto, Royas, & aliis in Peruina reintegrations, de qua etiam sub it. de successione propter ea impossibile est dicere feminam extraneam, cum ita remaneat vera sua, obtinens integrum successione, partim de presenti sub nomine doto, & partim ad tempus supponit; Ex quibus omnibus insimul ponderantis, quamvis singula suas difficultates pati possent, cum sensu etiam veritatis, dicebam mihi videri hoc statutum non facere feminas extraneas, id est de consequenti doto succedere loco legitime, quo posse, sequitur eam pure debeti, ac etiam non peccat transmittit supra.

In contrario vero obstat, quod dum statutum uitio termini dotes, seu dotandi, differre videatur hujusmodi obligationem ad tempus matrimonii, sine quo non datur dos, que ab illo nomine ac effientiam recipit; quemadmodum enim juxta verorem, & receptam opinionem statutum tollere potest legitimam in toto, fave illam diminutam commutatam cum dote, quamvis hec legitimam naturam retineat, ita prohibitus est non debet, ut ejusdem legitima prelationem ad certum tempus differat, ita concurrentia clara, seu conjecturali statutum voluntate, possint simili stare, dote succedere loco legitime, & tamen non posse nisi de tempore matrimoni, & quatenus illud sequatur, sed hujusmodi voluntate non urgente, minime alius administris ac circumstantiis, solum argumentum deducit ex termino, seu vocabulo dotes non sufficit, ubi tota

alia in contrarium urgent, quoniam juxta communem locundum usum, per quandam inproprietatem, etiam dotes definita pro puellis innuptis, talis dicitur, ac quamplura obtinet dotis privilegia, ut in specie huius statuti, respondendo hunc obiecto advertit Androcl. d. contrav. 81. numer. 5. Ergo generaliter idem removetur in allegata Tyburtina coram Veropio 197 post Merlin. num. 5. & sic est unum ex adminiculis, quod cum aliis unitum videtur considerabile, fecus autem folium, & de per se; Credo quod causa per cordiam sopita fuerit,

ROMANA LEGATI PRO CAROLO GALERATO CUM N. PUELLA.

Causa disputatus coram A.C. & credore resolutus
pro Galerato.

Legatum, vel alia hominis dispositio de dote praefixa, an sit pura, vel conditionalis, ita ut non sequitur matrimonio peti possit, necne. Et quantum peti non possit, ad quem interim spectant fructus.

S U M M A R I U M.

- 1 Causa controversiae.
- 2 Fructus debentur de legato pecunia, quam testator ordinavit in effectu fructus.
- 3 Legatum datus successori est locutum dicitur purum, & debetur etiam nupis non sequuntur.
- 4 De distinctione inter conditionem exprefam, vel tacitam nisi legato adjectam.
- 5 Declarat or theor. Bart. in l. Titio centrum.
- 6 Ubi dos non succedit loco legitime, illius legatum dicitur conditionalis.
- 7 Falsit ex contrariai conjecturis.
- 8 Quando dicatur dispositio pura, vel conditionalis.
- 9 De eodem, & praefiramus tempus faciat conditionem.
- 10 Traditor modus decidendi causam in hoc dubio.
- 11 Fructus non possunt daberis, ubi non adesset debitum foris.
- 12 Ex legato dotes non infertur ad alimenta.

D I S C. XIV.

Testatrix Carolum heredem gravavit ad investendum in rem fructiferam sc. 100. praefanda N. puerula, quando maritabitur, vel monacabitur, & in casu obitus, vel alterius impedimenti predictae puerula, quicdam alias vocatas, unde elapsi pluribus annis post mortem testatrix, puerula predicta adhuc innupta Carolum heredem pulsat coram A.C. ad predicti legati, vel alatem fructuum decursum solutionem, quos in eis statu petebat pro alimentorum subventione, non obstante, quod legatum confiteretur in pecunia de sui natura sterili ac infruitfera, quoniam stante praecerto testaticis de inventendo in rem fructiferam, tunc in odium, & penam non adimplentis, investimentum habendum est pro facto, ideoque debentur fructus, tamquam damnatio, & interesse loco illorum fructuum, quos produxit fermentum si factum est, in ipsius libet terminis invenientim ordinari per testatorem dec. 446. p. 1. rec. dec. 159. post Pacif. de Salviano, Viterbiensis, datus 26. Junii 1641. Duozetto inter suas dec. 627. Romana pecuniarum 15. Junii 1665. Albergato, & plures in sua materia sub it. de s. viris.

Scribens pro Carolo reo contento, atque distinguendo causam in duos punctos, unum nempe super competenter actionis ad ipsum legatum in forte principali afferendum, alterum vero super dictis fructibus, vel dannis, & interesse; quatenus pertinet ad primum, licet causa qualitas tantam digressionem non exigeret, attamen quia scribens pro actrice confundendo causas multa in hac materia congregabat, idcirco ad materiam dilucidationem, ac ostendendam aequivoca, cum quibus procedebatur, deviando a styllo, theorican constitutis super hujusmodi questione, an feliciter & quando legatum dotes est purum, vel conditionale, ita ut non sequitis nuptis per legatarium peti possit, vel per eam morientem ad heredes transmittatur, necne.

Ut enim adiungit in dicta dec. 291. part. II. recent. in qua dispositio certam actatem continet, annorum scilicet 17. dispositio duplum conditionem tunc contineat dicunt, unam temporis, seu etatis, & haec adiecta est exequationi, alteram vero matrimonii, & haec adiecta dici-

Card. de Luca, Lib. VI.

B 3 tur

tur substantia eo ipso quod legatum est pro dote, quoniam haec, disponitio voluntate non refragante, per necessarium antecedens exigit matrimonium, fine quo non datur. Et quidem ubi alia non urgent administrula, semper erroneous centui ex sola contextura verborum inadvertenter per Notarios, vel scriptores testamentorum, uno vel altero modo concipi solita, defraui debere substantiam voluntatis, qua est non relinquendis nisi pro dote praesupponente de sufficientia matrimonium carnale, vel spirituale, ad cuius effectum asequendum illa necessaria esse solet.

Quando autem inspicere expedit, an conditio adiecta sit substantia, vel exceptione, adhuc in praesenti facti specifico dicibant causare questionem, cum omnia regantur ab uno verbo, sed sub una oratione esse dicebantur, quo causa tempus, seu conditio nuptiarum dictum adiecta substantiae, scilicet auctem, ubi essent plures orationes in suo genere perfectae. Et clariss. ubi precederet dispositio pura, & deinde ex intervallo adiectio tempus executionis, ut ita distinguendo firmatur apud allegatos, & hene etiam expediat Merlin. lib. 2. contr. 45. & ad aliud propositum advertitur d. disc. 108. sub tit. de feed.

Et in summa, cum haec sit questione voluntatis, istius substantia in herendum est, non autem formulae verborum, que solum operativa remanet tanquam unum ex administrulis, quod ab aliis coadiuvandum sit, sive alia coadiuvent, unde alias conjectura ac preumptiones apud allegatos ponderari solent, illa preferunt ex intermedia propria alimentorum, seu interieurorum, vel altera affectionis testatoris, qui verisimiliter efficiat etiam sine nuptiis testatorum, sive illa deducit ex obiectivitate, quam pleris in dispositio fatis pondent, non singulariter, sed unitim pro iudicis prudenti arbitrio ponderande sunt juxta conjecturalium regulam, specie singulare facti circumstantias, ex quibus aedem conjectura sapientius in uno cauſa sufficiunt, in altero autem non, ita erroneous videatur singularium certam ac determinatam veritatem firmare.

Quovadis ad aliam inspectionem fructuum, non negabam conclusionem per ferentes in contrarium, ut superdelectum, ut scilicet testator demandante pecuniam investimenti bona fructuera ad commodum aliquicunque illud inodium non adimpliret haberet pro facto. Negabam tamen actionis competentiam ex eodem defectu non purificare conditionis, quoniam fructus dicuntur sequela dominii ac accessione eius principalis, qua non debita, non possunt illi deberet. Non potest enim plus operari factio quam veritas, unde si legamus confiteretur in predio, vel alia re naturaliter fructuera, adhuc legataria non posset neque rem neque fructus pretendere, multo minus in praesenti; unde quando disputant DD. ex cuiusmodi legatis dorum debeantur fructus, vel interiuraria, omnes recurruunt ad distinctionem, an illud succedat loco legitimi; ex dicto per Galcot. d. contr. 15. n. 8. cum seqq. & habetur disc. prae.

Motivabatur quod hujusmodi fructus deberentur pro eisdem legatarie alimentis, donec nuberet, sed replicabam, quod cum ageretur de testatrix extranea ad alimentorum suppeditationem non obligata, non poterat ex hoc ad illa inferri, nisi alia hujusmodi voluntatis administrula uerent, cum in extrinsecis ex legato dotum non inferatur ad alimenta, ut in specie firmatur in Roin. legati usfructus 22. Junii 1652. cor. Zarata in fine, ubi punctualiter de hoc disputatum fuit, quoniam hujusmodi investmentia demandari solent pro quadam specie multiplici, & additis quantitatibus augendam, atque secundum praeiuia credo quod judicatum fuerit.

ANNOTAT. AD DISC. XIV.

User hoc punto, an legatum dotis sit purum, vel conditionale, & que conditiones rejectantur, videantur deductio infra. disc. 155. & sub tit. de testam. disc. 73. & tit. de lega. d. sc. 59. & disc. 14. de matrim.

SPOLETANA DONATIONIS PRO JOANNA

C U M N.

Causa disputatus coram A.C. & pro Joanna resolutus.

Dispositio de dote aliqui puellae praestanda, an dicatur pia, seu alias privilegiata. Et in specie ad effectum, ut donatio facta absentine-

mine pro donatario stipulante sit valida, & perfecta.

S U M M A R I U M.

- 1 Favore dotis acquiritur actio etiam absenti.
- 2 Dos an dicatur causa pia.
- 3 Favore pia causa acquiritur actio absenti.
- 4 Et de ratione istius conclusionis.

D I S C . X V.

Cum Joanna unus infant, & absenti facta esset quae sit substantia, vel exceptione, adhuc in praesenti facti specifico dicibant causare questionem, cum omnia regantur ab uno verbo, sed sub una oratione esse dicebantur, quo causa tempus, seu conditio nuptiarum dictum adiecta substantiae, absenti de donat. Verum cum sensu etiam veritatis, ex pluribus fundamentis, hujusmodi exceptionem injustam, malo que fundatum dicebam. Primum icl. quia favor dotis est speciale, ut etiam absenti acquire possit, aqua haec est una de limitationibus text. in d.l. absenti per text. in l. 1. 8. accept. C. de rei uxor. art. & l. ult. C. de iur. dot. in princ. Merlin. dec. 77. n. 4. & 5. aliis dec. 497. n. 6. cum seq. p. 4. rec. tom. 2. & dec. 266. n. 2. post Zech. de oblig. in quibus concordantes.

Secundum quia agebatur de donatione facta infant, & est a iesu limitatio tradi solita ad textum predictum, licet illa pecuniarum materiam dotis non percurret; Et tertio quia cum ageretur de dote relicta puerle pauperi, dicitur causa pia. Bald. in l. cum his, sibi mulier de condit. & demonstr. ubi lat. Jaf. Tirac. de pia. pia causa. 3. Magdal. de num. testim. p. 2. c. 2. n. 55. sequitur exinde donationem quamvis absenti factam remanere validam ac perfectam, quoniam ea fieri dicitur Deo, qui est ubique praesens, atque bona, piaque opera acceptat, ut post antiquiores Tirac. de pia. pia causa. &c. 115. ubi in specie exemplificat in dote tamquam causa pia Ludov. dec. Perus. 29. Mantic. detact. 1. 2. tit. 3. n. 5. cum seq. Androcl. contr. 197. Rota apud Caval. dec. 606. n. 10. dec. 63. p. 11. rec. & in Barten. donationis 5. Aprilis 1647. Dunozetto inter suas dec. 773. & in aliis, ea etiam ratione ex pietatis causa ponderata, quod cum in hujusmodi pia dispositionibus specie fuisse jus naturale, neque attendatur juris positivi subtilitatis, donatio causa mortis subfinitur in vim legati, vel simplicis relicti, & propterea melius valere potest, quia sola voluntas naturalis quomodo cumque conceptus sufficit, dummodo tamen si pietatis & naturaliter probata, quod solum in materia attenditur, ut expiis sub tit. de testam. fei in altero de legatis ad dispositio favoris pia causa non supplent imperfectionem voluntatis tamquam imperfectionem juris nature, suppletis vero omnes defectus solemnitatis, vel justificati.

ANNOTAT. AD DISC. XV.

A d hanc materiam donationis factae absenti, an valeant, siue an sit revocabili, videatur sub tit. de donat. disc. 14. 23. & 56. & end. tit. in hoc tit. disc. 74.

JANUEN. PROMISSIONIS DOTIS.

Responsum pro veritate extra Curiam suppressis nominibus.

De promissione dotis, vel alio contractu in ejus causam facto per mulierem ablique solemnitatibus statutariorum, an valeant, ita ut dos in hoc sit privilegiata.

S U M M A R I U M.

- 1 Causa controversia.
- 2 Abusus est per mulierem sine solemnitatibus non attenuantur tamquam obligatorum, sed bene tamquam probatorum.
- 3 Testi mediatori in his materiis totalibus est deferendum.
- 4 Mulier quando sine solemnitatibus validè obligatur.
- 5 Favore dotis mulier major valide obligatur sine solemnitatibus.
- 6 Referuntur dubiantes vel distinguentes, sed rejiciuntur, sed quando id procedat.

D I S C . XVI.

Cum tractaretur matrimonium inter Titum, & Matiam cum dote per eum patrem constituta, Sempronius sponsus Mater, ad matrimonium facultandum, ore tenus

De Dote, Disc. XVI.

tenus mediante persona mediatoris. In Sacerdotio confutari, promulgit pro dote augmentatione seculi milles, que moriens in eius testamento perfolvi mandavit; stante autem statuto Janu. 4. c. 20. inhabilitante mulieres ad contraheendum absque certis solemnitatibus, hinc orta est dubitatio super dictæ promissionis validitatē, de qua pro veritate interrogatus.

Respondi super vacaniam videri dictam questionem, in qua principaliter petebatur responsum, stante dispositione testamentaria, per quam etiam pro exoneratione conscientia mandatum fuerat hanc summam perfolvi, cum ita illa debetur saltu in vim legati, quod mater prohibita non erat facere facili, seu genero, sive quod hæc dispository operativa remanebat tamquam confessio facta in recognitio nem veritatis, ac hunc fidei, quam mulier pariter, (ubi predictum coecurrerit administrula, neque utget contrafutatio deceptionis, & quod siar ad faciendum fraudem statuto, facere non prohibetur, unde hujusmodi actus sine solemnitatibus est non obligatorius, attamen sunt probatorii, ut plenaria carceris allegatis probat Altogrand. corf. 5. num. 7. & seqg. volam. 1. ac firmavit capituli Rota praefectus in Romanis dotis 10. Junii 1660. coram Sacro, alia Romana dotis 23. Februarii 1618. Ghislerio, Romanae officiommis. 8. Junii 1648. Arguellos, Romanae mutui 5. Martii 1659. Cerro, atque ad sensum probari videtur ex ipsam naturali ratio ne, quia cum mulieres etiam fidem praefect, atque concurrenter sinceritate actus proprii conscientiam obligent, in humantur videtur, ipsas non posse veritatem recognoscere, atque conscientiam exonerare, ideoque proutius iudicis arbitrio facti circumstantiis regulando, spectanda est sinceritas actus, ut predictum praedictum fuit in dicta Romana. num. 8. ac actu plures habentur sub tit. de contractu. seu credito.

In proposito vero facti species, urgencia concurrebat 3. administrula resultans, tum ex attestacione testis mediatoris, qui nullum habens interesse, atque deponens de facto proprio, dum praefectus est qualificatus, plusquam impleme probat, Merl. dec. 608. num. 24. Buratt. dec. 775. n. 3. cum seq. & habetur etiam in Romana argumentis dotis pro Bolognetta, infra. disc. 27.

Tum etiam concurrenter verisimilitudine, dum agitur de matre augente dotem filii pro faciliter matrimonio sibi grato, unde proprie ter etiam dicta recognoscit in testamento non concurreat, minimeque dotis privilegium, de quo infra, adhuc tamen ex ista circumstantia actus est substantialis, quoniam ubi mulier naturali stimulo rationabiliter impellitur ad aliquid agendum, actus subfinitur, atque causa reputari potius causam quam voluntaria, ut in terminis obligacionis matris ad debitum contractum per filium promotum ad Episcopatum pro expeditione Bulgarum habetur dec. 171. n. 7. p. 11. rec. Et in specie obligacionis predictum plures colligunt Bosis de dot. 8. n. 16. cum seqq.

Ceterum ubi haec omnia cesserint, atque dicta mulier non effet mater, sed extranea, quoties agitur de constitutione, vel promissione dotis ante matrimonium, sive eo etiam contracto sine congrua dote, ita ut non agatur de augmento mere voluntario ac superfluo, quicquid aliqui dubitaverint, ex veteri magisque communis opinione, recepta conclusio est, statutariorum solemnitates non requiri in mulieribus, que fini maiores, per actus etiam non solemnes in causam dotis valide fe obligantibus, sive alias contrahentibus, ad text. in promissione ff. de iure dotis, & l. m. 1. C. ad Velleianum, atque in hac parte recepta est theorica Salicet. d. fin. num. 3. ut per Bald. novell. de p. 6. privol. 48. & Lamberton. de contrahibili of. 21. verb. occasio ne dotis, num. 4. & 5. Batbol. in l. 1. p. 3. num. 26. ff. solus. mar. Andrecl. contr. 73. num. 52. & seqq. Altogrand. corf. 34. lib. 1. Franch. dec. 182. Gizzarel. dec. 4. num. 24. apud quos ceteri cumulantur, & hanc tempore sequuta est Rota, ut apud Put. dec. 160. 3. Caputquide dec. 199. 1. dec. 490. num. 4. p. 4. recent plene in Tiburtina donationis 17. Junii 1652. coram Dunozetto inter suas dec. 719. ac admittitur in aliis decisionibus in eadem Tiburtina editis coram Alberg. & Bourmont, quoniam dicta precedentia revocatoria, de quibus in dicta Tiburtina, disc. sequentia, cum difficultas non sit in regula, sed in limitationibus deducit; vel ex eo, quod causa dotis non effet unicus principalis contractus, ut in d. Tiburtina, vel ex eo, quod dicta augmentatione mere voluntarium constante matrimonio, juxta causam in Fulginaten. donationis infra disc. 18. & de quo Corc. dec. 433. & 479. in Romana dotis 5. Junii 1648. Celsio inter suas dec. 40. cum aliis in causa. Dunozetti.

Card. de Luca, Lib. V.

Et quamvis aliqui crediderint dispositionem text. in d.l. fin. C. ad Velleianum, ex quo ista conclusio derivat; procedere solum circa solemnitatem insinuationis, ideoque non supplice alias statutariorum solemnitates, fine quibus persona mulieris generaliter ad contraheendum inhabilitata videtur, ex motivatis apud Surd. corf. 261. num. 21. & Giovagn. corf. 83. n. 54. lib. 1. Alii vero crediderint, id solum procedere in moliere dotante ex causa necessaria, fecus autem si voluntaria, ut ex autoritate Rota dec. 22. post Picum ad Statutum dixit Cyriac. contrav. 295. num. 47. Attamen dicta conclusio indefinite recepta est, etiam ageretur de mulier extranea dotante, seu alias in causam dotis contrahente ex mera voluntate, ut per Andrecl. d. contrav. 73. Cirocc. contr. 51. cum seq. Rota d. dec. 241. p. 7. & in allegata decis. 919. Dunozetti cum aliis, quos refert Bosis de dot. c. 9. num. 93. cum distinctione inter causam voluntariam, vel necessariam, solum progredat in minori ex sola necessitate in causam dotis contrahentis sine solemnitatibus, sive eadem distinctione recipienda veniat pro ea causa voluntaria, que consideratur in augmentatione, quod constante matrimonio fiat mulieri cum congruo dote jam provisa.

Cogitabam, an stante quod paternum onus est dote filium, iste actus refert potest ad probitatem donationem inter conjuges, quasi quod ita ad fraudandam legem, uxori summanam donare voluerit virto ad eandem alias obligato, sed ceteras difficultas, tum quia de tempore testamenti, in quo dicta mulier promissionem approbavit ac impleri precepit, vir jam deceperat, unde ceteras causa prohibitions ac fraudis, tum etiam quia dos per patrem constituta congrua erat ad satisfaciendum sua obligationi, istud vero augmentatione necessarium fuit ad facilitandum istud matrimonium cum virto forsan in aliquo magis qualiter, alia non contracturo, ideoque mea sententia erat, fine dubio dictam promissionem adimplendam esse, neque cum justitia fundamento posse impugnari.

A N N O T . A D D I S C . XVI.

cum pluribus seqq. ad XXI.

Gitur in his discursibus de materia, quando contractus A minorum & mulierum in causam dotis valeant, sive ubi continente dotis praedictum, de quo etiam videatur aliquid infra disc. 157. & in hoc tit. disc. 179. 180. & 181.

TIBURTINA DONATIONIS

PRO SORORIBUS DE SEBASTIANIS, CUM FELICE DE VETERIBUS, S E C U & C.

Causa varia per Rotam decisus.

De eadem materia precedentis, an scilicet, & quando mulier in causam dotis valide oblige, sive alias contrahat sine solemnitatibus, & quando neque ista sufficiant.

S U M M A R I U M.

- 1 Causa controversia. & de conclusione, quod in dispositione non causa dotis non requiruntur solemnitates statutariorum.
- 2 Declarator conclusio, quando causa dotis est unica, seclusa sibi & habetur etiam in Romana argumentis dotis pro Bolognetta, infra. disc. 27.
- 3 Expenduntur aliquae authorates super dicta limitatio ne.
- 4 Quod conclusio non procedat in augmentatione dotis post contractum matrimonium.
- 5 Expenduntur Surd. & Giovagn. dictam limitationem irradientes.
- 6 Unde resultat privilegium, de quo n. 1.
- 7 Impugnat limitatione de qua n. 2. & n. 10.
- 8 Datur distinctione, quando dicta a limitatio recipienda sit.
- 9 De ratione, ob quam dictum privilegium doti tributum.
- 10 Impugnat etiam dicta a limitatio, & ad quid plures causae adducuntur.
- 11 Imponendum non est in cortice verborum, sed in substantia voluntatis.
- 12 De distinctione inter unicitudinem, & pluralitatem causarum.
- 13 In dispositione ad piam causam non requiruntur solemnitates.

Delia de Veteribus quandam summan dedit ad censum Joanni Baptista de Sebastianis eius consobrino, et sub lego quod sequuta ipsius Orlie morte, fors principali dicti census inter vivos donata conferetur ad favorem Laviniae, Annae, Therese, & Mariae Hyacinthae filiarum innuparum dicti Joannis Baptista, ob amorem ac naturam sanguinique coniunctionem, atque ut facilius, & congruentius nubere possent; deinde verò penitens, prævia abolitione à juramento, in ultimo, cum quo decessit testamentum, dictam donationem revocavit, unde introducta post ejus mortem in gradu appellationis a sententia Ordinarii Tiburtini causa in Rota inter dictas donatarias ac Felicem donatricis filiam, & heredem coram Dunozetio sub die 17. Junii 1652, ad favorem donatarium prodit resolutio, non obstante opposta donationis nullitate ex defectu solemnitatum, quia cum donatio effect in causa donis, atque pro dictam pluram donati subficio, solemnitates in muliere maiore quamvis extraea, & ad donandum non obligata, ex magis communis, & recepta sententia non requiruntur, ut latius luculent in eadem decisione probatur impresa inter suas decis. 919, cum aliis per Boff. de date, & c. 8. n. 16. cum seqq. ac latius o. 9. an. 93, ad 125.

Asumpta verò nova disputatione cor. Albergato in locum Dunozetii interim defuncti subrogato, sub die 13. Januarii 1659, recessum fuit à resolutio, ex eo fundamento, quod dictum donis privilegium non impugnatum, sed admissum, recte procederet, quando causa donis est unica & principalis, ob quam donatio, vel alter contractus fieret, fecits autem ubi sunt plures, quartum nulla dici potest finalis, sed omnes sunt impulsives, idque authoritate Castrensi conf. 345, sub num. 1. verific. sed hinc obiecto, lib. 1. Surd. confil. 361, sub num. 19. & 23, & Giovagn. confil. 84, num. 46. & sequen. lib. 1.

Concepsa verò nova audience, ad effectum videndi, argumentum est in primo, vel in ultimo loco decisio, in hoc statu ad causa defensionem alsumptus, attente punctum considerando; etiam cum seniù veritatis, dum agebatur pro pauperibus nobilibus pueris, quibus nimis incommunum erat hujusmodi item subfinire, putabam ex infra dicendis fundamentis dictam limitationem ita generaliter sumptum nullam habere sufficientem, verum non obstantibus deductis sub die 6. Januarii 1660, coram eodem Albergato perfidum fuit in decisio, atque expedita ad formam decisionis sententia, introductaque causa in gradu appellationis in eadem Rota coram Bourlemoni, in hujus instantia disputatione accritis infibulam super dicta limitationis insufficiencia, adhuc tamens sub die 4. Aprilis 1661, confirmatae fuerunt praecedentes resolutiones contra donatarias, ex eo potissimum fundamento, quod donatrices effeminatae levitas, quodque à Joanne Baptista malis arbitris ad inducita esset, curando eam ad hunc effectum adducere ad Urbe, ut ita clam à conjunctis actus lequeratur, quodque causa donandi ejus filias una cum aliis posita fuisset potius pro colore quefitorum, atque hujusmodi prælupatio verè fuerunt causa omnium predicatorum resolutionis.

Quando tale factum iustificatum esset, tunc non puris sem illis impugnari, sed non videbatur, quod ex solis assertis notitiis extra judicialibus interponendum esset judgmentum ex actis ac probatis efformandum. Unde quod ea, quae facti sunt, relinquendo locum veritatis, quatenus pertinet ad punctum juris, atque secunda dicta circumstantia fraudis ac mala fidei, quodque donationis titulus effectorum qualitas, atque agendo de jure articulo in abstracto, ac ponderante, tam authoritates, quam rationes, ista limitatione tradita per Surd. & Giovagn. in eadem causa scribentes nullatenus placet.

Examinando siquidem authoritates, Castrensi conf. 345. lib. 1. non agit de hoc punto unicatis, vel plurimalis causarum, & an dos effect causa finalis, vel impulsa, sed agendo de invalida donatione inter patrem, & filium in potestate dicti, quodquamvis ita prohibito cessat, in cuius donationis propriis naphtis juxta terminos text. in l. Pompomus Filadelphus, ff. famili. erc. attamen procedit, quando verè datur in unam his causis, non quando donatione remanet, etiam dicta causa non derivat, ne ita effingenda causa non fieret frumenta prohibitionis, idque potius ratio, quam dictum applicari potest, quando ut dictum est,

constaret esse colorum quasitum ad faciendam fraudem legi non deducta causa ad effectum; Cyriac. autem controv. 195, qui in secunda dec. coram Albergat. ad eandem limitationem allegatur, pariter non facit ad rem, cum loquuntur de donatione facta post contractum matrimonium, & constitutam donem, itaut ageretur de augmento voluntario, in quo admittebam non intrare hujusmodi privilegium juxta decisiones 433, & 479. Coccini, & admittit dicta prima hujus causa deciso coram Dunozetio ac ultius Cyriac transiō simpliciter cum decis. 22. post Pichum ad Statut. credit hoc donis privilegium procedere solum in muliere donante ex necessitate, sed decipitur, cum contrarium receptum sit, ut in Januen. discurs.

Quare remanent solum Surd. & Giovagn. quorum autoritatibus in proposito deferendum non esse dicebant. Primo quia tanquam Advocati scriberent in eadem causa illi interviendo, unde suspiceta, vel satis levius dicitur eorum autoritas, ut adveretur apud Franch. dec. 260. n. 5. & 6. Rodec. 438. num. 22. & seqq. p. 9. rebus atque ex his meis adnotacionibus fatus frequenter colligitor, dum plura deducunt Advocatis & Confidentibus ad pecuniam, seu causa opportunitatem, qui ipsimet si efficiunt judices non admittent, quod tandem, deciso positivo facti mediocro, in iis qua juris sunt recte fieri potest, quia posunt in proprio judice decipi, ut frequens experientia docet, dum plures causa vincuntur quia reputantur male, & è contra. Secundo ex facti diversitate, quia in ea causa nulla donis mentio habebarat, ut constat ex Surd. antè num. 14. vers. non obstat, & Giovagn. num. 52. & seqq. Tertiò, quia magnam confunduntur fundamentum in generalitate ac pregnanciam verborum Statuti Bononiensis, ob quam credunt etiam causam donis includi, ut Surd. num. 22. & Giovagn. num. 59. & seqq. Quarto, quia in eo causa mulier non est donatricis immediata, sed mediat, nam donatio directe facta erat Thadœ, cui post mortem substituta erat femina, cujus ius era incertum ac evenuale, dum premissi poterat, ut per Giovagn. numer. 49. Quinto quia ipsi credunt, excepta solemnitate insinuationis, in reliquo dicto non habere privilegium, Surd. pol. n. 21. & seqq. secundo respondere, Giovagn. n. 44. & tamen hoc alsumptum est fallit, quia in contrarium est magis communis, & recepta, ut liquet ex authoritatibus cumulatis in d. prima hujus causa decisione coram Dunozetio, & non negant alia contraria, ac firmatur in d. Januen. quia Bald. Novell. ac Bar. & ceteri id firmant individualiter in Statutis requirentibus solemnitatem consistentem in intervenient proximorum.

Dicunque privilegium refutatur, non ex sola dispositio rei tex. in l. fin. C. de donis promissione, ut credunt prædictæ resolutiones sequentes, fed ex text. in l. fin. Cod. de Velleian. qui late extenditur a Boff. de dor. cap. 9. n. 92. cum seqq. & ex quo Saliceti, & sequentes credunt donem esse generaliter privilegiatum, & pro regula etiam in casibus in re non expressis, licet hoc non substat, atque in contrarium statim agmina notioris levitas, quodque à Joanne Baptista malis arbitris ad inducita esset, curando eam ad hunc effectum adducere ad Urbe, ut ita clam à conjunctis actus lequeratur, quodque causa donandi ejus filias una cum aliis posita fuisset potius pro colore quefitorum, atque hujusmodi prælupatio verè fuerunt causa omnium predicatorum resolutionis.

Et sexū demum quia Surd. pol. num. 12. & 23. in principio & Giovagn. n. 46. dicunt, quod ubi plures causa concurrunt, omnes dicuntur impulsives, nulla finalis, & in hoc trans securum dictum; verum nulla ratione, vel auctoritate comprobant consequentiam exinde ab eis deductum, ut proprieza solemnitates requirantur, cum allegent Gabr. ac alios, qui istos terminos non percipiunt, nam alii est confidetur causa formaliter finalis, ad effectum cœlestis, vel resolutionis actus ob ejus cessationem, seu effectus nullitatis ob fatidem, quasi quod in ea confidat tota voluntas, ad quem effectum rigorosè unites exigitur, et alii verò ad hunc effectum, ad quem nulliusratio, vel auctoritas hanc unicitatem præcisè desiderat.

Econverso, ultra conclusionem generaliter deducunt ex generaliter tex. in d. l. fin. C. de Velleian. in individuo ista 7 quodque concursus plurium caufarum alias tractata fuit in Rota apud Seraph. dec. 202. repetita dec. 125. p. 4. diversorum lib. 1. licet tres sufficiunt in hac opinione, attamen major pars contractum firmavit, dictaque resolutionis bis confirmata fuit apud eundem Seraph. dec. 210. & 211. Unde propter haec authoritas prævalere debet dictis Confidentibus ad pecuniam, seu clientis opportunitatem, atque cum pluribus minoribus veris præpositis procedentibus ut supra, idque eis obiecti potest vulgaris axioma quod habemus in testibus fiduciam, &c.

Istis decisionibus Seraphini, responderem conatur secunda decisio 6. Januarii 1660, coram Albergato verific. neque ap-

plicantur, quod in eo causa ageretur de donatione facta per patrem filia in causam præcisam donis, quia vere erat causam, ac pro certo, & determinato matrimonio, facts ubi plures alias causa enunciatur, atque eit pro matrimonio incerto, quo causa indubitatem est illud non esse causam finalem, sed impulsum, itaut etiam eo non sequuto, donataria bona donata alicui deberent, idque remanet donatio pura, & simplex, eandemque responsionem sequitur altera decisio coram Bourlemoni.

Adversus hujusmodi responsionem Albergat, rationem predictam, quod ageretur de donatione facta per patrem donatorem obligatum, ibi nullatenus deduci, siquidem mera fauoris suis factum dictum questionem adeo acriter disputare, si ageretur de dono de necessitate praefanda per patrem filiam, dum concurrente causa necessaria, causa est planus etiam in minore.

Me tamen aliquatenus torquebat altera consideratio, quod scilicet hanc donatione facta non esset immediate ad directam ipsius pueris, sed potius directa est etiam Joannem Baptistam patrem, cui sors principalis census remittetur post ipsius donatricis mortem, ex pluribus caufis, amoris, benevolentia, meritorum, confanguntur, & ut faciliter ac decens illi causa pueris numerent, sed dupli responsione mihi videbatur revera objectum, ita: Primo quia licet pecunia directe ab initio data est etiam Joanni Baptista ad cenitum, nihilominus sequita morte mulieris, fors remittetur, non ipsi, fed dictis pueris, quia propterea erant donatariae; Si enim solum commodum Joannis Baptista dicta mulier respicere volebat, sufficiebat cum eo facere census vitalium, per quem omnino liberatus remanserit, unde ex hac circumstantia deducetaminceritatem actus, exalitavam illius fraudis ac machinationis, que fuit potissima causa revolutionum.

Altera etiam melior responsio juris, quoniam Bald. No. 8 velli, qui in donali materia magister dicit potest, pars 6. privil. 48. num. 2. ponit causum in puncto, ubi scilicet mulier abique solemnitatem donat pueris habentem partem, & distinguunt, quod, aut sumus in dubio, an patris, vel pueris contemplatione donatum sit, & tunc respondendum est pro validitate actus, quia ipsa pueris potius contemplatione donatum esse, ut in presenti Rota supponebat, & tunc si pater est dives ac idoneus ad filium congrue dotandum, & actus subiectus solemnitatem, quia revera non pueris, sed patris donatum dicitur, atque cessa favor Reipublica pro pueris donandis, qui est causa privilegii, aut non est idoneus, & tunc privilegium intrat ob eandem rationem militantem, ac aliam benè ponderatam per Soccin. cons. 80. nu. 23. lib. 4. ex cuius praetextum authoritate Rota originaliter apud Caputum, decis. 199. 1. 2. conclusionem super dicto privilegio firmavit, quod scilicet, cum sine dono matrimonio contrahit non soleant, essentia restituere matrimonio libertatem, vel vindictam in pueris induceret, cui optimæ doctrinae, Bald. Novell. recte ad factum applicabilis, decisiones nullatenus respondent, eam sub silentio involvendo.

Ad ita verò quod dicebatur, & magis urgebat, quod etiam matrimonio carnali, vel spirituali non sequi, hujusmodi donatione effectum fortior debuerit, respondet in hoc afferiri, quod effectum non haberet, neque exextio nem meretur, nisi in causa praeditam donis.

De reliquo enim, celsante mala fide, quodque donis titulus adjectus, non efficit pro colore aliquid ad fraudandum Statutum, vanum profus videat assumpsum prædictum, quod expessio plurium caufarum alias tractata produce nullitatem actus, cum sepius plures causa adiici soleant pro majori actus validate, ac ad unius exprimentium animum facient, ut bene firmatur in allegatis decisionibus Seraphini, idque contra omnia principia iuris scripti, & naturalis, inducta ad favorem, & cautelam retroquerentur in odium, unde immorandum non est in cortice ac figura verborum, ut plurimum ex Notariis imperitia, seu necessaria, quae exigit Statutum, illes necessarias non esse in causa donis, cuius potius quam donationis erat contractus, ex deductis dec. 168. & 241. p. 7. rec. cum aliis, de quibus in Januen. & Tyburi. proxime supra; Et ad alteram, quod ageretur de donatione hæreditatis, ob sublatam testandi facultatem, responsum huius cum facto, quod scilicet non efficit omnium bonorum, neque per viam hæreditatis, ut in decisione defera edita.

Reproposita causa sub die 19. Aprilis 1660, coram eod. recessum fuit à refutatis, tunc ex eo quod ageretur de donatione hæreditatis, de quo motivo actum habetur in hac eadem causa sub tit. de donationib. tum etiam quod non subfittere supradictum donis privilegium, ex eo quod Constantia donataria tunc est jam nupta, & congrue appetit, idem.

FULGINATEN. DONATIONIS

PRO JUGHIS,
CUM VITTELESCHIS.

Casus variis decisus per Ropam.

De eadem materia, an scilicet donatio, vel alia dispositio in causam donis, vel augmento subiecta solemnitibus Statutaris, vel potius ab eis exempta sit.

SUMMARIUM.

1. Casus controversie, & de solemnitatibus requisitis ex statu Fulgenzii.

2. Disla solemnities non requiruntur, ubi donatio sit in causam donis.

3. Limitatio, obiectum pro augmēto non necessario.

4. Non requiruntur dicti solemnities in donatione onerosa, vel que alia non efficit pura donatio.

DISC. XVIII.

D Onavit prius Antonius Gallina Constantine nuru pro augmentatione donis quedam bona, quæ deinde donavit fratribus de Vittelechis, unde orta questione, utra donationem prævalere debet, prætentibus secundis donataria, qui habent donis non esse rationitem, upotè nullatenus ob servatas solemnitates in donationibus requisitas a Statuto Fulgenzian. canonizato per Ropam decis. 89. post Gilian. ad Statut. Perufo. & repetit. decis. 293. p. 4. rec. som. 2. ac etiam quia tractabatur de futura successione, & per viam hæreditamenti per contractum, vel prohibitu, vel revocabili, introducaturque proinde causa in Rota coram Albergato, ac dato dubio, Que donatio prevaleat, sub die 23. Junii 1659, prodiit resolutio favorabilis Constantiae prima donataria, Ien. Jughis ab illa, ex donationis etiam titulo, causam habentibus, pro quibus ego scriberebam, ex regulatext. in l. perfecta, C. de donat. que sub morib. Et ad parentes nullitatem responsum fuit, quod refutantem at defectu solemnitatum, quas exigit Statutum, illas necessarias non esse in causa donis, cuius potius quam donationis erat contractus, ex deductis dec. 168. & 241. p. 7. rec. cum aliis, de quibus in Januen. & Tyburi. proxime supra; Et ad alteram, quod ageretur de donatione hæreditatis, ob sublatam testandi facultatem, responsum huius cum facto, quod scilicet non efficit omnium bonorum, neque per viam hæreditatis, ut in decisione defera edita.

Distinctio enim inter causam unicam, vel plures, ad effectum in pueris, an finitimi, vel impulsiva, five altera ad eundem effectum, an ageretur de donatione hæreditatis, ob testam, tunc laetare, quod ageretur de donatione hæreditatis, de quo motivo actum habetur in hac eadem causa sub tit. de donationib. tum etiam quod non subfittere supradictum donis privilegium, ex eo quod Constantia donataria tunc est jam nupta, & congrue appetit, idem.

3 idemque titulus augmentis dotis est. solum color quæstus iuxta decisiones Coccini 437. & 479. cum aliis in Tyburtian donationis; discut. proced. Et quod magis circa istud motivum dicta resolutioni impulsum dedit; fuit ea circumstantia, quod illuc mulier prædicta eadem bona donaverat fratribus ex hoc titulo venientibus; unde propterea exclusus remanebat titulus dotis, arque cum haec loca resolutione, vel ex concordia, vel alio accidente, causa filii, unde proprietas definita occasio ulterioris examinationis super iustitia, & veritate, unius, vel alterius resolutionis.

Cogitabam tamen inspicendam esse temporis distantiam inter matrimonium cum constitutione dotis ac donationem predictam; cum enim ageretur de donatione facta per locutum nurum cuius filio nubent, videndum erat, an hac suister donatione ex predicten tractatu, seu conventione, sine qua forte ob aliquam iniquitatem, seu ex alia circumstantia matrimonium cum tali date non fuisset nullus contractum, cum tunc revera non esset donatione pura sed cauativa, continens potius actum onerosum, & corresponditum, quam simplicem liberalitatem, unde quicquid esset circa solemnitates a Statuto requisitus pro habitatione personæ ex aliquo defectu intercedens per statuentes reputata non omnius integræ ad contrahendum, ut sunt mulieres, vel minores, atram respœctu illarum solemnitatibus, que requiruntur in donationibus, non ex defectu personæ, sed ex suppositione, que haberet de ipso actu, receptum est, cæsse hujusmodi solemnitatem necessitatem in donationibus non omnino puris ac lucrativis, sed cauativis, & onerosis, quamvis onus non resipicit commodum ipsius donant, sed tertii, & quamvis onus esset tale, quod interim durante purificatione conditionis, sub qua onus adjectum est, donatarius quamvis gravatus esset in lucro, juxta opinionem magis commenam à Rota, & Curia receptam, ut decis. 460. n. 7. p. 4. rec. 102. decision. 13. 11. 192. 338. & 363. par. 6. recentiorum, & in aliis, de quibus plurimæ in sua materia sub tit. de donationib. Multò magis ubi intraret modicum corresponditum, ut supra, quod non solum facit donationem cauativam, sed eam transire facit in diversam speciem contractus onerosi.

Donatio autem, quam deinde mulier fecit fratribus, tali casu aperte non esse tollere praexistentiam contractus tam perfecti ac validi, nam sapienti mulieres, etiam ipsam donem alienam, sed hoc tollit primævam ipsius dotis constitutionem, sed potius influit in nullitatem secundis auctis, solumque dictus donationis auctus considerabilis erat, tanquam suspicio, seu adminiculum, quod dictus titulus augmenti dotis suister color quæstus ad faciendam fraudem Statuto.

ROMANA DOTIS DE URSINIS

PRO DUCISSA FRANCISCA URSINA

ET

DUCE FRANCISCO MARIA BRANCACCIO
CONJUGIBUS,

CUM DUCISSA N. URSINA DE MUTIS.

Casus resolutus per A. C. & Signatura pro
dolis conjugibus.

De eadem materia solemnitatibus adhibendarum, necnè, in promissione dotis, vel alio contractu in ejus causam facto per mulierem maiorem.

SUMMARIUM.

- 1 Casus controversie.
- 2 De solemnitatibus requisitis ex statutis Urbis in donationibus.
- 3 Quando tutor, vel administrator, seu alter interveniens in constitutione dotis, cœfatur intervenire proprio, vel fidejusfo, seu administratorio nomine.
- 4 Correi quod creditorem dicuntur principales debitores, licet inter eos unus esset principalis, alter fidejusfo.
- 5 Solemnitates statutarie requisita in contrahitibus mulierum non requiriuntur in contrahitibus dotis.
- 6 De obligatione matris in dotandâ filia.
- 7 An equalis sit obligatio matris, & fratum.

- 8 Solemnitates quando requirantur etiam in dote constituta per minorum.
- 9 De solemnitate subscriptionis donationis requisita per statutum Urbis.
- 10 Maritus dicitur in dote sovere causam onerosam.

DISC. XIX.

Contracto matrimonio inter predictos Brancacium, & Ursinam, eadem Franciscam sponsam, & Angelam Caetani mater dotem constituerunt (tutor, 26. m. ex quibus 15. m. prompte assignata fuerunt ex effectibus antiquorum fiduciomissorum hujus domus, que erat illa Comitum Pitianni, ter milles autem promisuerunt post mortem dicitur Angelamariæ, & reliqua bis mille post obitum Marie Ambrosiæ Monialis, que sponsa foror erat, unde facta causa mortis dicitur Angelæ, que heredem instituerat alteram filiam primogenitam viduam ex Duke Muto, contraria tamquam heredem, coniuges judicium instituerunt coram A. C. pro consecutione dictorum factor. 3. m. adversitas quam petitionem, duo per heredem predictam openbantur. Primo nemp̄, quod cum hujusmodi promissio facta esset infirmul per eandem Franciscam sponsam, & Angelam matrem, itius obligatio intelligenda esset subfidiaria, ac potius fidejusfo nomine ipsiusmet seipsum seipsum donatis, vel quod falem obligatio intelligenda esset, non infidus, sed pro virili, unde propriez non nisi ad medietatem itius summa contra hereditatem agi posset; Et secundum opponebatur de nullitate actus ob non fervatas solemnitates ex Statuto Urbis 151. in obligationibus suis aliquid mulierem contrahitibus adhibendas, & addebatur etiam alia nullitas resultans ex Statuto 149. per quod disponitur, donationes subscribi debere per donatorem ad duos testes, quam formam servari debere etiam in donationibus inter patrem, & filium, firmavit plures Rota, & praetertim decr. 217. pars. II. recent. alias post Salgad. in Labyrinth. decr. 3.

Contrarium his non obstantibus, me scribente pro conjugibus, judicatum fuit; Primum etenim objectum, quod promissio Angelæ matris esset fidejusfo nomine Franciscæ principalis ipsam donatis, tollebatur ex facto, ex quo etiam celabatur alterum de prætempore exceptu petitionis, quo in instrumento postea celebrato confabat, utriamque dicere: in donatione intervenisse, Franciscam fel. pro summis scutorum 15. m. provenientem a legatis ac avito fiduciomissio, Angelam verò pro ipsa 3. m. candemque Franciscam pro reliquis 2. m. recurrit post mortem Sorois oblate in Monasterio Turi Speculorum.

Ac etiam quia tunc mater vidua interveniendo in donatione filia lib. ejus cura, & educatione permanentis, administratio, seu fidejusfo nomine se obligare dicitur, quando filia habet de bonis, ex quibus verisimiliter confusa dos extrahit valeat, ut refer. Boff. de dat. 3. m. num. 108. cum materna obligatio donanti filiam sit in tuberculatum, ut alium habentur infra in Beneventana dotis discr. 29.

Sed ubi eidem matti innotescit, filiam nil alii habere, ultra id quod jam promiserat, tunc excessus conferuntur 3. confitimus deuso, ut in specie Boff. d. n. 108. circ. medium in fine; maximè artentia ea circumstantia differendi hujus excessus solutionem post ipsius matris constitutis mortuis, quod quia ita per contractum prætentivum affectare voluerit generum ac filiam de parte illius successio in fine dote, que de jure nature quali debita videbatur, unde dicebam hujusmodi questionem, an interventionis matris, vel alterius conjuncti esset principalis, vel potius fidejusfo, seu administratorio nomine, esse potius facti quam juris, utpote ex singularibus facti circumstantiis de cedentiam, ut in proposito dots constituite per fratrem, vel per patrum, ac etiam matrem, latius actu habetur. decr. 154.

Et nihilominus hujusmodi quæstio in presenti remanebat inanis respectu viri agentis, cum hic utrumque promitem agnoscetur in æquè principaliter debitores; ubi enim per duos a favorem tertii æquè principaliter sit promissio, seu obligatio, quamvis ubi negotium ad unum eorum tantum pertinet, ille revera dicatur principalis, alter verò fidejusfo, hoc tamen procedit inter fe, non autem quod creditorem, qui ambos dicitur habere in correos principaliter obligatos, ut ultra generalia, in specialibus terminis dotis Surd. cons. 448. n. 1. Rota in Beneventana dotis 11. Martii 1654. Bichio, & est in metatis indifferibus

tibus propositio in foro quotidiana, & de qua præfertim in Romana de Gaetano, & in altera de Monte Mellini subtit. de fidej. ad materiam Bullæ Baronum super puncto, an bullæ Baronum procedat in debitis ex causa fidejusfionis discr. 100. & 101.

